Item, circa unam fossoratam planchie et nemoris sitam en laz Troppaz juxta planchiam Francisci Dogmenoz a parte lacus, nemus Guilliermi Oriod a parte jurie, viam publicam tendentem en Chastillion a parte boree, et nemus commune a parte venti, pro quibus rebus superius confinatis et certis aliis rebus quas tenent Aymoneta uxor Jaqueti Gacon, Jaqueminus Gautier, et Perretus Fonjallaz, dictus recognoscens pro se et suis quibus supra debere confitetur dictis domino prior et conventui et eorum successoribus predictis tres bichetos frumenti ad mensuram predictam et duos solidos Gebennenses census.

Item, tenet duas posas terre sitas supra Chastillion juxta nemus Henrici Bessons a parte lacus, terram dicti confitentis a parte jurie, terram Johannis Loytiz a parte venti, et nemus dicti Henrici Besson a parte boree.

Item, unam posam terre sitam en Chastillion juxta terram Oliverii Mistralis a parte jurie, valles domini Montis Novi a parte boree, et nemus Henrici Besson a parte venti.

Item, ibidem prope dimidam posam terre et nemoris juxta nemus heredum Perrodi Reys a parte lacus, nemus dicti confitentis a parte jurie, nemus domini Montis a parte boree, et nemus Francisci Dogmenoz a parte venti.

Item, duas posas terre sitas ouz Planoz juxta terram Glaudii de Subtusecclesiam a parte jurie, et Johannis Loytiz a parte lacus, terram Nicodi Corbet de Britigniez a parte venti, et nemus Henrici Besson a parte boree.

37 Item, dimidiam posam nemoris sitam en la Valletaz supra Brussins juxta nemus Henrici Bessons a parte jurie, viam publicam a parte lacus, castaneream Glaudii de Subtusecclesiam a parte boree, et nemus Perrodi Regis a parte venti.

Item, quartum unius pose terre site en Curchamps juxta terram Mermeti Evrardi a partibus venti et boree, terram et pratum Jaquemini Gauteir a partibus lacus et venti, cense 1 bichetum frumenti ad mensuram predictam.

Item, tenet sub censu predicto ex permutacione per dictum Johannem Rosset ut asserit facta cum Nycoleta de Chinaul unam ochiam sitam apud Brussins juxta terram Mermeti Evrardi a parte lacus, viam publicam a parte jurie, terram Glaudii de Subtusecclesiam a parte venti, et ochiam Perreti Gringet a parte boree, pro certis aliis morcellis vinee sitis en la Duey.

Item, tenet modicum terre situm en Chastillions juxta viam publicam a parte boree, terram dicti confitentis que fuit ouz Fol Pivar a parte venti.

Item, tenet duos solidos annue pensionis quos sibi debent heredes Nicholette filie quondam Perreti de Grens pro quadam ochia sita apud Brussin juxta terram et gerdile Stephani Benedicti a parte lacus, et pratum heredum dicte Nicolette ab aliis partibus.

Item, sex denarios Lausannenses annue pensionis sibi debitos per Franciscum Vivent pro una pecia terre et nemoris sita supra Vinsel supra loz Boschet juxta terram Aymonete uxoris Jaqueti Gacon et Aymoneti Regis a parte jurie, terram Johannis Prodons a parte lacus, et terram Mermeti Evrardi a parte boree.

Item, debere confitetur dictus recognoscens pro se et suis quibus supra dictis domino priori et conventui et successoribus ipsorum predictis tam pro premissis quam pro quinque posis terre et nemoris sitis eis Vault de Brussins quas tenet Aymonetus de Gland tres solidos Gebennenses census et unum caponem census.

Item, tenet de bonis Perrussone filie quondam Amedei lo Maczons avie materne dicti confitentis circa unam posam castaneree sitam en Chastillion juxta nemus heredum Amedei et Perrodi Regis a parte lacus, nemus dicti confitentis a parte jurie, nemus Francisci Dogmenoz a parte venti, et nemus domini Montisnovi a parte boree, cense 2 denarios Gebennenses, witnesses Discreti viri Dompni Henricus Thorallion curatus de Brussins, Johannes Brossy curatus de Ravoray, et Michael Cristine notarius, followed by tiny notations regarding further conditions for the above properties.

38 Amedeus filius quondam Johannis Bergiez de Brussins, 25 feb 1435 (anno et indictione quibus supra), res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins que quondam fuerunt de bonis et hereditate Johannis Bergiez eius patris quondam,

Et primo, quandam domum cum casali et ochia eidem contigua sitam apud Brussins juxta domum et ochiam dicti confitentis que fuit Johannodi Gaba a parte lacus, vineam ecclesie de Brussins a parte jurie, viam publicam a parte boree, et ochiam Oliverii Mistralis a parte venti.

Item, unum morcellum ochie situm subtus domum dicti confitentis inclusis in limitibus predictis, pro quibus rebus superius confinatis dictus recognoscens pro se et suis quibus supra debere confitetur dictis domino priori et conventui et suis successoribus predictis scilicet duos denarios Gebennenses census.

Item, tenet de bonis et hereditate Johannodi Gaba filii quondam Mermeti Gaba ex empto per dictum Johannem Bergiez eius quondam patrem facto a dicto Johannodo Gabaz scilicet quandam domum cum ochia ibidem contigua sitam apud Brussins juxta viam publicam a parte boree, ochiam dicti confitentis a parte jurie, pascuam communem et ochiam Oliverii Mistralis a parte venti, et terram heredum dicti Johannodi Gaba a parte lacus, precio sex librarum prout in lictera super hiis confecta, recepta, et signata per Johannem Vivent 12 mar 1385 per felicitis recordacionis Fratrem Johannem de Seysello laudata prout lictera laudacionis dicte lictere annexa constat, et pro qua domo dictus recognoscens pro se et suis quibus supra debere confitetur dictis domino priori et conventui et suis successoribus predictis scilicet quatuor solidos Gebennenses census.

38v Item, tenet de bonis et hereditate Johannis de Subtusecclesiam ex accensione dicto confitenti facta per Glaudium de Subtusecclesiam duas fessoratas vinee sitas en la Jonchierie alias en Lengollioux juxta viam de Corbet a parte venti, vineam Henrici Besson a parte boree, semitam tendentem ad Brussins a parte lacus, et vineam Perreti Fonjallaz a parte jurie, ad terciam partem tocius vindemie prout in lictera super hiis confecta [et] signata per Glaudium Fabri de Bignins 12 mar 1419 continentur.

Item, tenet de bonis dicti Johannis de Subtusecclesiam ex accensione dicto eius quondam patri facta per dictum Glaudium de Subtusecclesiam unam peciam vinee sitam juxta clausum domini juxta viam publicam tendentem de en Corberes a partibus lacus et venti, semitam tendentem de Brussins ad Vinsel a parte jurie, vineam heredum Reynaudi Barbeir a parte boree, ad tercium vinum per dictum Glaudium percipiendum, witnesses Anthonius Cristinet de Arnex et Jaquetus Falqueti.

39 Discretus vir Dognus Henricus Thorelli curatus et rector ecclesie parrochialis de Brussins nomine suo et dicte eius ecclesie, 26 feb 1435, res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins,

Et primo, que fuit de bonis Dominici de Vecheriaco ? et successive Nichodi Bastardi de Glant ex donacione per dictum quondam Nicodum de Glant facta in dotacione capelle dicti quondam Nichodi fundate in dicta ecclesia de Brussins scilicet quandam domum sitam apud Brussins juxta cimisterium de Brussins a parte jurie, ochiam dicte ecclesie a parte lacus, ochiam in qua est torcular dicte eius ecclesie a parte venti, et viam publicam a borea, cense 12 denarios Gebennenses, prout in lictera super hiis confecta, recepta, et signata per Perretum Bapchie 21 nov 1390 in presenti extenta ostensa continentur, per filicis recordacionis Fratrem Johannem de Seysello laudata prout lictera laudimii constat.

Item, tenet quandam ochiam sitam juxta domum predictam in qua ochia torcular dicti curati est domificatus in parte juxta viam publicam a parte boree, cimisterium a parte jurie, cultinam Glaudii de Subtusecclesiam et domum Girardi de Piry ? a parte venti, et ochiam dicte ecclesie que fuit Johannis Gringet a parte lacus, quequidem ochia fuit alias per predecessores dicti curati recognita et successive per Nichodum de Gland, et que per dictum Nichodum fuit ex post dicto curato remissa in dotacionem dicte eius cappele, et pro qua ochia pro se et suis quibus supra debere confitetur dictus recognoscens nomine dicte ecclesie dictis domino priori et conventui et eorum successoribus predictis scilicet octo denarios Gebennenses census quos pro eodem solvere debet dictus Aymonetus de Glans presens et onus in se suscipiens.

Item magis, debere confitetur pro dicta ochia quasdam cirothecas (a pair of gloves) usque ad valorem ~~trib~~ trium tornenses (=gros tournois) ad mutacionem curati et rectoris dicte ecclesie, et que per prius fuerant per predecessores dicti curati recognite.

Item, tenent de bonis Nicholay Benedicti ex donacione predecessoribus dicti rectoris facta dicte eius ecclesie per dictum Nicholaum Benedicti scilicet quandam posam vinee deserte sitam in territorio de Brussinel loco dicto en Colimbrez juxta vineam que fuit Johannis Fermens a parte boree.

Item, unam peciam prati sitam subtus villam de Vinsel juxta pratum Hugonini ? Vulliaux a parte boree, pratum Stephani Marchiand a parte jurie, pascuam communem a parte lacus, et pratum Girardi Jacod a parte venti, prout in lictera inde confecta, recepta, et signata per Johannem Vivent 20 jul 1383 continetur.

40 Item, tenet de bonis Johannete relicte Johannis Bessons ex donacione dicte eius ecclesie facta per dictam Johannetam scilicet duodecem denarios Lausannenses annue pensionis in quibus dicte quondam Johannete et nunc dicto curato tenentur anni singulis heredes Johannis Gauteir pro modico ochie sito en Chynaul juxta vineam domini a parte venti, vineam dictorum heredum Johannis Gauteir a partibus lacus et jurie, et viam publicam a parte boree, prout in lictera super hiis confecta, recepta, et signata per Perretum Bapchiez 22 nov 1401 continetur.

Item, tenet de bonis Amedei de Canali ex donacione dicte eius ecclesie facta per dictum Amedeum de Canali scilicet dimidiam posam terre sitam in territorio de Brussins subtus Brussin juxta viam publicam tendentem de Nividuno Albonam a parte jurie, pascuam communem de Brussins a parte lacus, terram Stephani Benedicti et Oliverii Mistralis a parte boree, et terram Perreti Fonjallaz a parte venti, prout in lictera inde confecta [et] recepta per Perretum Bapchie 04 apr 1401 continentur.

Item, tenet ex donacione dicte eius ecclesie facta de bonis dicti Amedei de Chinaul quandam vineam sitam en Budillion (error for Buchillion ?) juxta viam publicam a parte boree, pascuam communem et viam publicam a parte jurie, domum et ochiam Amedei Bergiez a partibus lacus et venti.

Item, tenet que fuerunt de bonis Johannis Gringet dimidiam falcatam prati sitam en la Mossery juxta pratum Amedei Chapuis a parte venti, terram Glaudii de Subtusecclesiam a parte jurie, pratum Johannis Tissot a parte boree, et pratum illorum de Brussinel a parte lacus.

Item, tenet de bonis Johannis de Subtusecclesiam dimidiam posam terre nunc redactam ad vineam sitam en laz Perrousaz juxta vineam ecclesie a parte boree, vineam Stephani Benedicti et Oliverii Mistralis a parte venti, pascuam communem a parte lacus, et viam publicam a parte jurie.

Item, tenet de bonis Leone filie quondam Peroneti Gringet res sequentes,

Primo, tercium trium posarum nemoris sitarum ouz Verney juxta nemus Glaudii de Subtusecclesiam a parte lacus, nemus Perreti Gringet a parte jurie, terram Glaudii de Subtusecclesiam quas tenet Mermetus Fretaul a parte venti, et nemus Perreti Gringet a partibus boree et jurie.

Item, unam posam terre sitam en Corberes juxta nemus Oliverii Mistralis et Stephani Benedicti a parte lacus, nemus Glaudii de Subtusecclesiam a partibus jurie et venti, et viam publicam tendentem de Brussins apud Britigniez a parte boree.

40v Item, unum sellionum vinee situm en Liserabloz juxta vineam conventus a parte jurie, viam publicam a parte lacus, vineam Guilliermi de Soverniez a parte venti, et vineam dicte ecclesie a parte boree, cense 12 denarios Lausannenses, quiquidem duodecem denarii fuerunt eidem confitenti nomine dicte eius ecclesie in presenti extenta positi.

Item, tenet dictus curatus quoddam casale situm juxta ecclesiam de Brussins a parte jurie, domum confratrie a parte boree, et cimisterium a partibus venti et lacus, cense 12 denarios. (This is apparently the property that was demolished and then consecrated for the enlargement of the church and cemetery in 1472, see Fj 70, fol. 97.)

Item, confitetur debere pro premissis ad mutacionem curati in dicta ecclesia scilicet tresdecem solidos Lausannenses inclusis decem solidis jam debitis ad mutacionem curati per ipsum et eius predecessores.

Item, debere confitetur pro se et suis successoribus predictis dictis domino priori et conventu et eorum successoribus sex florenos parviponderis ad rationem duodecem solidos monete cursibilis pro singulo floreno pro presonagio (=parsonagio) dicte eius ecclesie, witnesses Anthonius Migerand clericus [et] Franciscus Vivent de Vinsel, without the expected signature and paraphe at this point, and followed immediately by tiny notation :

41 Subsequenter vero prefatus Dognis Henricus curatus nomine quo supra dicte eius recognicione addende confitetur se tenere a prefatis religiosis scilicet tres bichetos frumenti mesure Brussins eidem singulis annis debitos per Petrum Galliardi mugnerium de Verney pro molendino de Verney qui tres bicheti fuerunt de bonis Petri de Dullit domicelli per dictum quondam Petrum de Dullit eidem confitenti ad opus cappelle domicelli de Dullit in ecclesie Brussini fundate cum presentibus aliis rebus sub gracia ... rehemcione ... (too small to read completely), datum Brussini 30 may 1439, with signature and paraphe of Peronetus Foresii.

41 Johanneta filia Berseti Chapuys (but in the text, Mayour) uxor Girardi Boson, 14 mar 1435 (anno et indicione quibus supra proxime, but we assume this refers to the main text of the

preceding item, and not to the addition of 1439), res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins que quondam fuerunt de bonis et hereditate dicti Berseti Mayour eius patris quondam,

Et primo, tres posas terre sitas en Champagne juxta planchiam Henrici Besson a parte venti, terram Girardi dicti Millicard a parte boree, planchiam dicti Henrici Besson a parte jurie, et terram religiosorum de Oujon a parte lacus, cense 3 capones.

Item, tenet de bonis Mermete filie quondam Mermeti Beculet alias Cirgon matris quondam dicte confitentis ad censum seu annuam pensionem perpetuam a Johanne de Subtusecclesiam ut in extenta precedenti fit mencio, quondam domum cum casali et orto contiguus sitam apud Brussins juxta ochiam Glaudii de Subtusecclesiam a parte venti, curtile ecclesie de Brussins a parte boree, exitus domus Glaudii de Subtusecclesiam a parte jurie, et ochiam Mermeti Evrardi a parte lacus, pro septem solidis Glaudio de Subtusecclesiam annualiter solvendis.

Item, tenet ex accensacione dicto eius quondam patri facta per Glaudium de Subtusecclesiam ut asserit que fuit alias per Nichodum de Sala recognita, unum sellionum vinee situm subtus Brussins juxta terram Glaudii de Subtusecclesiam a parte boree, vineam Girardi de Pey a partibus venti et jurie, et viam publicam a parte lacus.

Item, unam ochiam sitam apud Brussins juxta gerdile Mermeti Evrardi a parte venti, ochiam Oliverii Mistralis a parte boree, gerdile dictorum Prodons a parte jurie, et viam publicam a parte lacus, pro quinque solidos et uno capone annue pensionis dicto Glaudio solvendis ut asserit, witnesses Venerabilis et religiosus vir Frater Johannes de Juys prior conventualis de monceto ? (perhaps could be read as monteto ?) monachorum, Amedeus Ferrachons, et Johannes Maczons.

42 Amedeus Hugonin (Ugonin) filius quondam Hugonini Chapuys, 23 jun 1435 (anno et indicione quibus supra), res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins que quondam fuerunt de bonis et hereditate Johannis filii quondam Johannis Gringet, quequidem bona propter deffectum deservitoris vacabant et fuerunt eidem confitenti per dictum dominum accensata sub condicione quod dictus recognoscens teneatur infra quatuor annos a data presencium inchoandos unum ex liberis suis seu alium qui homagio predicto deserviat.

42v Item, et unam domum super dicto tenemento construere prout in licteris inde confectis per me dictum commissarium receptis et signatus lucidius continetur,

Et primo, duas fessoratas vinee sitas en Corberes juxta vineam dicti confitentis quam tenet a Glaudio de Subtusecclesiam a parte venti, vineam Guilliemi Oriod a parte boree, vineam Henrici Besson a parte occidentali, et clausum domini quadam semita intermedia a parte orientali.

Item, duas posas nemoris et tacte sitas en Fillivoux juxta viam publicam de Corberes a parte venti, nemus Mermeti Evrardi a parte boree, nemus Henrici Bessons a parte lacus, et terram dicti confitentis a parte jurie.

Item, tenet de bonis permutatis cum Domina Luca de Balma quandam domum cum casali et orto contiguus sitam Brussini juxta domum et terram Perreti Fonjallaz a partibus boree et jurie, viam publicam a parte venti, et ochiam dicti confitentis a parte lacus.

Item, partem suam duarum posarum nemoris sitarum ouz Verney juxta nemus Glaudii de Subtusecclesiam a parte lacus, nemus Perreti Gringet a parte jurie, tactas et pascuam communem a parte venti, nemus et marescum Guilliemi Aubert a parte boree.

Item, unum morcellum nemoris situm en Fillevoux juxta nemus Perreti Gringet a parte lacus, nemus Henrici Bessons a parte jurie, nemus Jaquimini Gauteir et eius nepotum a parte boree, et viam de Corberes a parte venti.

Item, unum sellionum prati situm ouz Praz deis Sauges juxta pratum ecclesie de Brussins a parte venti, pratum Glaudii de Subtusecclesiam a parte boree, pascuam communem a parte lacus, et stratam publicam a parte jurie.

Item, dimidiam falcata prati sitam en la Mossery juxta pratum ecclesie de Brussins a parte boree, pratum Johannis Tissot de Gillier a parte venti, pratum Petri de Brussinel domicelli a parte lacus, et terram Glaudii de Subtusecclesiam a parte jurie.

Item, omne id et quicquid reperiretur de dicto tenemento que ab alio moveri non reperiretur, cense 4 solidos et 8 denarios Gebennenses, witnesses Jaquetus Falqueti et Guiliermus Oriod de Brussins.

43v Amedeus Ferrachons alias Prodons et Beatrisia relictas Johannis Prodons tutrix et nomine tutorio Johannis (impuveris) filii dicti quondam Johannis Prodons, 06 jul 1435 (anno et indicione quibus supra), res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins,

Et primo, medietatem duarum fossoratarum terre sitarum en Borgesins ? juxta terram et gerdile Johannis filii quondam Francisci Prodons a parte boree, terram et gerdile Mermeti Evrardi a parte venti, ochiam Glaudii de Subtusecclesiam a parte lacus, et vineam Oliverii Mistralis a parte jurie.

Item, medietatem unius pose terre site ver Chie (=Chez) loz Cornu indivise cum dicto Johanne filio Francisci Prodons juxta terram Johannis Loytiz de Serraul a parte jurie, pratum dicti Johannis Loytiz a parte venti, et terram heredum Nichodi Benedicti a parte lacus.

Item, tenet de bonis Johannis dicti Forneir et Stephanete eius sororis uxoris Perrodi Douceron quondam ex permutacione per dictum Johannem Prodons patrem dicti impuveris facto cum Nichodo de Glans naturali ut asserit dicti confitentes, quoddam casale domus cum ochia ibidem contigua situm apud Brussins juxta viam publicam a parte jurie, ochiam Mermeti Evrardi

a parte boree, terram Glaudii de Subtusecclesiam a parte venti, et terram dicti impuberis a parte lacus.

Item, ibidem prope subtus dictum casale dimidiam posam terre juxta terram Perreti Fonjallaz a parte boree, terram Glaudii de Subtusecclesiam a parte venti, viam publicam a parte lacus, et ochiam dicti Johannis impuberis a parte jurie.

Item, unum sellionum terre situm apud Brussins juxta terram Perreti Gringet a parte venti, terram et ochiam dicti impuberis a parte boree, et viam publicam a partibus jurie et lacus, pro quibus rebus supralimitatis dicti recognoscentes confitentur quod dictus Johannes impubes pro se et suis debet prefatis domino priori et conventui et suis scilicet tres solidos et duos denarios Gebennenses census.

44 Item, debet pro selliono terre supralimitato Glaudio de Subtusecclesiam duodecem denarios Gebennenses ut in extenta precedenti fit mencio.

(A marginal notation beginning “Tenet Henricus Escofeir ...”, too small to read completely, dated 23 oct 1444, witnesses Henricus Besson and Stephanus Benedicti, with signature and paraphe of Peronetus Foresii, is connected by lines pointing to the following section:)

Item, tenet ex abbergamento dicto Johanni Prodons facto ut asserunt per felicis recordacione Fratrem Johannem de Seysello, unam posam vinee sitam eis Condemines subtus Gillier in duobus morcellis, unius situs est juxta vineam Amedei Chapuys a parte boree, vineam Francisci Dogmenoz quam tenet Perretus Fonjallaz a parte venti, et viam publicam a partibus lacus et jurie, alius situs est juxta vineam dicti Francisci Dogmenoz a parte boree, terram Oliverii Mistralis a parte venti, et vias publicas a partibus lacus et jurie, pro quibus debere confitentur dictum Johannem impuberum pro se et suis dictis domino prior et conventui quinque solidos monete cursibilis, witnesses Aymonetus Batier de Gillier et Oliverius Calliat.

44v Franciscus Barbeir filius quondam Reynaudi Barbeir nomine suo et Aymoneti eius fratris, 12 oct 1435, res et possessiones infrascriptas sitas in villa et territorio de Brussins que quondam fuerunt de bonis et hereditate Johannodi Gaba eius consanguine,

Et primo, unam ochiam sitam apud Brussins juxta vineam Oliverii Mistralis a parte venti, viam publicam a parte boree, quandam semitam a parte lacus, et ochiam Amedei Bergiez a parte jurie.

45 Item, unum morcellum vinee situm en Praxet juxta vineam Aymoneti de Gland a partibus boree et lacus, viam publicam a parte venti, et curtile Oliverii Calliat a parte jurie, cense 5 solidos et 4 denarios Gebennenses.

Item, tenet de bonis et hereditate Johannis de Subtusecclesiam ex accensacione predecessoribus suis ut asserit facta per dictum Johannem de Subtusecclesiam scilicet medietatem unius pose vinee site juxta clausum domini juxta torcular deis Combes a parte lacus, vineam domini quodam rivo intermedio a parte boree, vineam Amedei Bergiez a parte venti, et

semitam tendentem de Brussins ad Vinsel a parte jurie, ad tercium vinum per Glaudium de Subtusecclesiam annuatim percipiendum, et pro sexdecem ovos annue pensionis dicto Glaudio solvendos ut asserit, witnesses Discretus vir Dognus (=Dompnus, Dominus) Johannes Brossy curatus de Ravona ?, Petrus Andree de Lamgirod (=Longirod), Hugonetus de laz Mard, et Jaquetus Galliard de Pringins.

45v Johannes filius quondam Mermeti de Bornes de Brussins, 13 oct 1435 (anno et indicione quibus proxime supra), se esse hominem justiciabilem prefatorum domini prioris et conventus Romanimonasterii dum morani contrahet in dominio de Brussins, res et possessiones infrascriptas sub dicto homagio et censu infrascripto,

Et primo, que fuerunt de bonis Perreti Calliat ex assignacione in dotem facta per dictum Petrum Calliat Emelline matris dicti confitentis, scelicet medietatem duarum falcatarum prati sitarum en Meller indivisarum cum Perreta (elsewhere, the wives of the two Jaqueti Gacon, senior and junior, are called Aymoneta) uxore Jaqueti Gacon juxta pratum Glaudii de Subtusecclesiam a parte jurie, pratum Aymoneti de Gland a parte lacus, pratum dicti Glaudii a parte boree, et pratum Petri Galliard a parte venti, cense 1 bichetum frumenti ad mensuram Albone.

Item, tenet de bonis Johannis de Subtusecclesiam scelicet quandam domum sitam Brussini ex accensacione eidem confitenti facta per Nobilem Glaudium de Subtusecclesiam juxta domum et terram heredum Reynaudi Barbeir a partibus jurie et boree, domum et ochiam Oliverii Mistralis et Stephani Benedicti a parte venti, et ochiam heredum Francisci Probi a parte lacus.

Item, quandam ochiam sitam Brussini juxta vineam et ochiam Oliverii Mistralis a parte jurie, viam publicam a parte lacus, ochiam Henrici Bessons a parte boree, et ochiam Aymoneti de Gland a parte venti, pro viginti duobus _____ (blank space, unit of money not stated, but most likely sols) Lausannensium annue pensionis solvendis dict Glaudio ut asserit.

Item, tenet ex accensacione eidem confitenti facta per dictum Glaudium de Subtusecclesiam, res sequentes,

Primo, unum sellionum terre et prati situm en Liserabloz juxta pratum Aymoneti de Gland a parte lacus, viam publicam a parte jurie, vineam et terram liberorum Francisci Gauteir a parte boree, terram Fabrorum de Bignins et Johannis Rolet a parte venti.

Item, unum sellionum terre situm eis Condemines juxta vineam Girardi Dautignye (=d'Autignye) a parte jurie, viam publicam a parte lacus, terram Fabrorum de Bignins a parte venti, et vineam abbacie Lacusjuriensis quam tenet Aymonetus Batier a parte boree.

46 Item, unum sellionum terre situm en laz Massery juxta terram Stephani Benedicti a parte boree, terram Girardi Millicard a parte venti, pascuam communem a parte lacus, et terram Stephani Gringet a parte jurie, pro uno bicheto frumenti annue pensionis dicto Glaudio solvendo prout in lictera super hiis confecta, recepta, et signata per Perretum Bapchie 16 nov 1417 continetur, witnesses Discretus vir Dompnus Johannes Brossy curatus de Ravona ?, Guiliermus Mistralis domicellus, et Amedeus Hugonin alias Chapuys de Brussins.

46 Girardus dictus de Mussel filius quondam Hugoneti de Dompraz alias Pellateir, 13 oct 1435 (anno, indicione, et die prescriptis), res et possessiones infrascriptas sitas in villa, territorio, et finagio de Brussins que quondam fuerunt de bonis et hereditate Hugoneti predicti, et que per prius fuerant de hereditate Dominici de Vecheriaco quas res emerat dictus quondam Hugonetus a predicto Dominico ut in lictera inde confecta per dominum quondam priorem laudata continetur,

Et primo, quandam domum unacum orto sito retro dictam domum apud Brussins juxta domum et ochiam Johannete uxoris Girardi de Subtusecclesiam a parte jurie, viam publicam a parte lacus, ochiam Perreti Fonjalla a parte boree, domum et ochiam Johannis Maczon a parte venti, super quibus domo et ochia percipiunt heredes Francisci Benedicti scilicet unam gallinam et duodecim denarios Gebennenses ut in extensis precedentibus fit mencio.

Item, unam posam vinee nunc reductam in terram sitam eis Condemines juxta viam publicam a partibus jurie et lacus, vineam Aymonete uxoris Jaqueti Gacon a parte venti, et vineam Johannis filii Roleti Prodon a parte boree, super qua vinea percipiunt heredes Francisci Benedicti duas cupas vini ut in extensis precedentibus fit mencio, et pro rebus predictis idem recognoscens pro se et suis debere confitetur prefatis domino priori et conventui et eorum successoribus predictis scilicet septem solidos Lausannenses census.

Item, tenet quandam ochiam sitam Brussini juxta viam publicam a parte venti, ochiam Francisci Gaba a parte boree, ochiam Aymoneti de Gland a parte jurie, et pratum domini a parte lacus, cense 9 solidos Lausannenses.

Item, tenet tres posas terre sitas en Champagniez juxta terram Bertheti Forneir quam tenet in obligacionem a predicto confitente a parte venti, terram Mermeti Evrardi a parte boree, pratum Henrici Besson a parte lacus, et viam publicam tendentem de Brussins apud Rotulum a parte jurie, pro quibus tribus posis et pro posa quam tenet dictus Berthetus Forneir in obligacionem idem recognoscens pro se et suis debere confitetur prefatis domino priori et conventui et suis successoribus predictis scilicet quatuor capones seu quatuor gallinas census, witnesses Amedeus Ferrachons alias Probi et Girardus Jacod de Dulit.

47v Mermetus filius Johannis Prodon (Prodons) de Brussins, 14 oct 1435 (anno [et] indicione quibus supra), ex accensacione eidem confitenti per dictum dominum priorem perpetue facta scilicet duas posas terre sitas loco dicto en Mussel juxta terram Perreti Fonjallaz a parte boree, terram Jaqueti de la Tily a parte venti, viam publicam tendentem ad Rotulum a parte lacus, et stratam publicam tendentem Albonam a parte jurie, in quibus dominus percipere debet decimam, et pro ipsis duabus posis terre idem recognoscens pro se et suis debere confitetur dictus domino prioris et conventui et eorum successoribus predictis scilicet unam cupam frumenti ad mensuram Nividuni census annis singulis solvendam in quolibet festo Nativitatis Domini, et pro intragio duorum florenorum parviponderis prout in lictera hodie data per me dictum notarium recepta et signata continetur, witnesses Discretus vir Dompnus Johannes Brossy curatus de Ravona ? et Perretus Fonjallaz de Brussins.

48 Jaquetus de la Tully (Tilly) morans apud Brussins, 14 oct 1435 (anno, indicione, et die predictis), ex accensacione eidem confitenti facta per dictum dominum priorem scilicet duas posas terre sitas en Mussel juxta viam publicam de Oujonet a parte venti, terram Mermeti Prodon

a parte boree, semitam tendentem ad Rotulum a parte lacus, et stratam publicam tendentem Albonam a parte jurie, in quibus percipere debent dicti religiosi decimam, cense 1 cupam frumenti ad mensuram Nividuni, et pro intragio duorum florenorum prout in lictera super hiis confecta data die presenti per me dictum notarium recepta continetur, witnesses Nobilis vir Stephanus de Simarclens et Anthonius Critinet.

48v Hugoninus Vullioux de Vinsel et Girardus Jacody de Dulit priores et procuratores confratrie Sancti Spiritus de Brussins, 10 nov 1435 (anno et indictione quibus supra), de laude et consensu Aymonis de Glans ibidem presentis, nomine ipsius confratrie, res et possessiones infrascriptas sitas et jacentes in territorio de Brussins sub censibus infrascriptis,

Et primo, duas partes unius pose site subtus Sanctum Vicencium juxta vineam prioris de Perrueys quam tenet Girardus Millicard aparte venti, vineam Oliverii Mistralis a parte boree, viam publicam tendentem de Brussins ad Gillier a parte lacus, et viam publicam a parte jurie.

49 Item, tenent ex dono seu elemosina facta dicte confratrie per Johannetam filiam quondam Ponczole de Vinsel et Johannetum dictum Perrod ut in extensis precedentibus fit menio, unam fossoratam vinee sitam en Bernard juxta vineam dicti Aymoneti de Gland a parte boree, vineam Nobilium Ludovici et Nychodi de Pitigniaco a parte venti, vineam curati Romanimonasterii quam tenet Johannes de Clarens a parte jurie, et vineam Nobilium Johannis et Guilliemi Champion a parte lacus, cense 16 denarios Lausannenses.

Item, tenet dicta confratria unam posam vinee sitam supra Vinsel juxta vineam Francisci Vuybor a parte venti, quoddam fossale a parte boree, vineam Aymoneti Saviot a parte lacus, et nemus commune a parte jurie.

Item, unam fossoratam vinee sitam ibidem prope juxta nemus commune de Vinsel a parte jurie, vineam heredum Johannis Pitet de Serral a parte lacus, quoddam fossale a parte venti, et communia de Vinsel a parte boree, cense 2 denarios Lausannenses.

Item, tenent quinque solidos dicte confratrie debitos per Guiliermum Oriod pro duabus peciis castaneree quarum una sita est en Chastillion juxta nemus Amedei Ferrachons a parte jurie, terram Mermeti Evrardi a parte lacus, nemus Francisci Gaba a parte boree, et nemus Henrici Bessons a parte venti, alia sita est en la Troppaz juxta nemus heredum Johannis Gauteir et nemus seu terram Henrici Bessons a parte boree, nemus Amedei Ferrachons a parte lacus, et nemus Mermeti Evrardi a parte jurie, nemus Amedei Ferrachons et Aymonis de Glans a parte venti, et que premissa fuerunt acthenus (=hactenus) per Johannem Gringet quondam priorem dicte confratrie recognita in precedenti extenta per Vuilliermum de Alingio confecta ut in ipsa fit mencio, et laudata per Nobilem Lucam de Balma a qua dicte res per prius movebantur ut constat lictera laudimii exhibiti.

Item, tenet dicta confratria ex dono sibi facto dimidiam sextarium vini annue pensionis quod olim debere solebat Johannes dictus Rossiez et nunc debet Mermetus Evrardi pro una posa vinee sita en Trescloz subtus Sanctum Vicencium juxta vineam dicti Mermeti Evrardi que fuit Perreti Davidex a parte venti, vineam Girardi Dautigniez (=d'Autigniez) a parte boree, viam publicam a parte lacus, et carreriam publicam a parte jurie.

Item magis, tenent dimidiam sextarum vini annue pensionis eidem confratrie debitum per Mermetum Evrardi predictum et que olim debere solebat Perretus Davidex pro una posa vinee sita en Trescloz juxta vineam dicti Mermeti Evrardi que fuit Johannis Rossiez a partibus boree et jurie, viam publicam tendentem de Brussins versus Gillier a parte lacus, et vineam Oliverii Mistralis a parte venti.

49v Item, tenet dicta confratria ex elemosina sibi facta sexdecem denarios annue pensionis sibi debitos per Johannem dictum Prodon pro dimidia posa terre que fuit de bonis Annessone filie quondam Johannodi Baul de Verney uxoris Jaqueti Michie sita ante domum quondam Berseti Bertier (elsewhere Bertret ?) juxta pratum Petri Clavelli a parte lacus, pratum Mermeti Mugneron a parte boree, et viam publicam quodam rivo intermedio a partibus jurie et boree.

Item, tenet dicta confratria decem denarios Lausannenses annue pensionis eidem confratrie debitos per Guiliermum Oriod pro uno jornalii vinee deserte quod fuit Johannis dicti Forneir et Stephanete uxoris Perrod Douceron juxta rivum douz Merdasson a parte venti, viam publicam a parte lacus, vineam Mermeti Evrardi a parte boree, et vineam desertam Henrici Besson a parte jurie, cense 6 denarios Lausannenses.

Item, debere confitentur pro premissis ultimo limitatis loco laudimii et vendarum quatuor denarios Lausannenses ad mutacionem domini Romanimonasterii, witnesses Stephanus douz Vuaux morans apud Gillier, et Jaquetus Falqueti.

50 Glaudius, Johannes, et Giraldus Fabri de Bignens (these are the individuals referred to elsewhere in this volume as « Fabrorum de Bignins »), 11 nov 1435 (anno et indictione quibus supra), de bonis dicti Oriod obligatis Franciso Fabri ut in ipsis extensis fit mencio, scilicet tres posas terre sitas en Luvinox juxta viam publicam a parte jurie, terram dictorum confitencium a parte boree, terram heredum Petri de Bruis ? quam tenent Franciscus et Perretus Agniel a parte lacus, et terram Henrici Escoffeir a parte venti, sub censu debito per Guiliermum Oriodi, witnesses Jaquetus Falqueti, Johannes Vuydens de Gillier, et Perretus Gringet.

50v (This item in a very small hand, apparently added later) Frater Petrus de Sovernioz ? rector cappelle Sancte Catherine in ecclesiam Romanimonasterii fundate, 24 ? oct 1444, de bonis que fuerunt Nicodi dou Costel titulo cessionis facte per Nobilem Bonam de Seysello relictam defuncti Gallesii de Viriaci Domino Nicodo ... ? (very tiny script, possibly could be read as Amiet) curato Romanimonasterii rectore tunc dicte cappelle, scilicet quandam posam vinee sitam in vinoblio de Vinsel loco dicto en Chaponeres juxta vineam quam tenere solet Johannodus Vivent nomine Jaqueti uxoris sue a vento, vineam Aymoneti de Gland a borea, et semitam a lacu, prout in lictera super dictam cessionem facta per Mermetum Pringin recepta et signata 04 jul 1400 et pro ipsa vinea idem recognoscens debere confitentur etc. scilicet unum quarteronum frumenti mesure Nividuni et octo denarios Gebennenses census, witnesses Johannes de Lanfrey clericus et Johannes Clerc, « et confitentur debere ad mutacionem cuiuslibet rectoris scilicet decem solidos datum ut supra », with signature and parappe of Peronetus Foresii.

50v (This item in a very small hand, evidently added later) Jaqueminus dictus Gautier de Brussins, 26 sep 1447, de bonis per quondam Hugonetum Calliat recognitis vacantibus deffectu

deservitoris titulo abbergamenti eidem confitentem tanquam plus offerenti per dictum dominum hodie facti scilicet unum casale cum ochia eidem contigua situm apud Brussins juxta vineam Aymoneti de Gland domicelli a borea et juria, viam publicam tendentem eis Vault a vento, et vineam Johannis de Bornes a lacu, pro quatuor solidos Lausannenses per dictum confitentem prefato domino singulis annis solvendos termino predicto, witnesses Jacobus Probi de Grandissono morans apud Brussins et Franciscus de Combes.

51 (This item in a very small hand, evidently added later) Guiliermus de Gland domicellus, 27 feb 1440, francho alludio causis et rationibus continentis in lictera infradesignata, duas posas vinee sitas in vinoblio de Sancto Vicencio prope Brussins juxta vineam Aymoneti de Gland a borea, vineam Oliverii Mistralis et domum Henrici Besson a parte venti, carreriam publicam tendentem de Brussins versus Gillier ab oriente, et semitam tendentem de Brussins ad Sanctum Vicencium a parte occidentali, sub annuo et perpetuo censu undecem cuparum vini seu musti ... ad mensuram Morgie cum direct dominio ... ut in instrumento inde facto per me dictum Peroneti Foresii recepto, levato, et signato, with paraphe and signature of Peronetus Foresii.

(Fols. 51v-53v are blank.)

54 Verney (introductory material) : Sciendum est quod homines olim habitantes in villagio de Verney solebant esse talliabiles sed fuerunt affranchiati et manumissi per filicis recordacionis Fratrem Johannem de Seysello olim priorem Romanimonasterii et conventum eiusdem loci sub condicionibus in lictera inde confecta contenta, cuius tenor sequitur ut ecce :

Nos Frater Johannes de Seysello humilis prior Romanimonasterii ordinis Cluniacensis Lausannensis diocesis totusque eiusdem conventus notum facimus universis per presentes quod nos in capitulo nostro ad sonum campane ut moris est ad invicem convocati capitulantes et capitulum nostrum tenentes, considerata evidenti utilitate nostra et dicti prioratus notari, actenta eciam sterilitate [et] frigiditate territorii et confinii ville nostre de Verney prope Brussins, cuius ville de Verney omnes homine nostri habitantes dicti loci de Verney, et omnes alii morantes ibidem fuerunt, sunt, et dicuntur esse talliabiles nostri et dicte ecclesie ad nostri misericordiam, qui propter sterilitate, frigiditate, et inopiam dicte ville et territorii eiusdem dicta villam et locum absentare cupiunt et proponunt ab ibi moram et residensiam personalem faciendo, et sic quod propter dictam talliam et paupertatem dicti loci et territorii pro maiori parte dictum locum jam absentaverunt, ea propter videntes quod dictus locus depopulabatur et cothidie diminuebatur in magnum prejudicium gravamen et jacturam nostri jam dicti prioris et instantibusque supplicantibus et requirentibus Humberto dicto Calliat et Petro Besson dicti loci de Verney sindicis et gubernatoribus dicte ville de Verney, nominibus suis et ad opus omnium aliorum proborum hominum habitancium et permanencium in dicta villa de Verney, nos priorem et conventum predictos quatinus dignaremur dictos supplicantes et requirentes liberare misericorditer de illa servitute talliabili et omnibus circumstanciis ex eadem, ipsosque probos homines posteritatem ipsorum pro se et suis heredibus nomine quo supra manutenere et affranchiare sub simili censu et pro tanta et tale censum, quantitate pecunie, vine, et bladi, et aliorum servitutum onere quamtam pro tallia et aliis censibus, tributibus, et serviciis per dictos probos homines et suos predecessoresolvere consuetis, ita tamen quod dicta tallia cadat deniceps et census dicatur et appelletur in futurum. Nos igitur prior et conventus predicti considerata ad huc super hoc evidenti utilitate nostra habita inter nos deliberacione matura

predictos Humbertum et Petrum syndicos nomine quo supra ceterosque alios homines nostros habitantes et habitaturos dicti loci de Verney pro se et suis heredibus quibuscunque locum dictum de Verney hereditates et possessiones ipsorum in dicta villa et territorio predicto manumisimus, manumictimus, et affranciamus impertuum ? (variant of *imperpetuum*) et irrevocabiliter de dicta tallia et omnibus dependentibus ex eadem. Nosque pro nobis et successoribus nostris quibuscunque manumisse et affranchiamisse confitemur prout melius et tucius dici potest seu intelligi tali condicione in premissis apposita quod dicti sincidi et alii homines dicti loci sint ab inde a dicta tallia et nomine tallie exempti et liberati et recognoscere debeant pro se et suis heredibus quibuscunque se esse et esse debere homines nostri ligii illius et similis condicionis, cuius homines nostri de Brussins sunt et esse dicuntur, et se tenere a nobis dicto priore et conventu predictis et successoribus nostris omnia et singula bona sua quecunque sint sub tali censu, pecunie, bladi, et vini in quibus et pro qua ante confectionem presencium licterarum nobis solvebant et solvere consueverant nomine et ex causa tam census quam superius eisdem per nos remote, videlicet rebus et bonis suis, quas res et bona specificare debent et teneantur omni contradictione cessante, aliaque servicia, thelonia, et tributa erga nos supportare ut ante confectionem presencium supportabant et supportare tenebantur, et ea omnia que homines ligii domino suo tenentur facere, talliaque et nomine tallie totaliter remotis, addito in premissis quod casu quo aliquis ipsorum hominum nostrorum locum de Verney absentaret et alibi moram vel residenciam personalem contribueret, quod eo tunc in primam reducantur servitutem nisi tamen moram et residenciam personalem facerent penes nos aut dominium nostrum de Brussins vel de Dulit, dantes et concedentes nos prior et conventus predicti pro nobis et nostris quibuscunque dictis hominibus nostris de Verney et cuilibet ipsorum insolidum pro se et suis heredibus plenam et liberam potestatem omnia bona sua in dicto loco et territorio sita et jacencia cum omnibus suis iuribus et pertinenciis universis tenendi, possidenti, utenti, fruendi, tolendi, et cultivandi absque tallia, sub condicionibus, tributis, censibus, et serviciis per dictos homines nostros de Verney posteritatem ipsorum habitantes seu habitatores in villa et loco predicto de Verney seu alias penes jurisdictionem et dominium nostrum de Brussins seu de Dulit, nobis et nostris quibus supra perpetue et irrevocabiliter solvendis et tradendis et expediendis omni anno prout ipsi de Verney nobis et nostris predecessoribus solvere consueverunt, quos dictos probos homines nostros de Verney syndicos superius nominatos et alios quoscunque pro se et suis quibus supra de dicta tallia et nomine talie investimus per tradicionem huius presenti instrumenti et ipsos investitos de eadem esse volumus nomine et ex causa manumissionis et affranchiacionis supradictarum et condicionibus superius narratis pro nobis et nostris quibus supra semper salvis, promittentes in super nos prior et conventus prenominati pro nobis et nostris quibus supra juramentis nostris bona fide nostra sub voto et observancia religionis nostre manibus nostris petori impositis omnia et singula supradicta predictis hominibus nostris de Verney sincidis et aliis quibuscunque pro se et suis quibus supra prout superius dicuntur et narrantur attendere firmiter et complere necnon contra predicta vel aliquid de predictis non facere non venire nec alicui contra venire volenti consentire, sed ea rata grata et firma habere tenere in inviolabiliter observare et condicionibus excepcionibus censibus et tributis superius reservatis pro nobis et successoribus nostris semper salvis et exceptis, cunctis et singulis excepcionibus allegacionibus deffensionibus opposicionibus auxiliis et privilegiis renunciando, maximeque juri dicenti generalem renunciacionem non valere nisi precesserit specialis. In cuius rei testimonium, nos prior et conventus predicti sigilla nostra presentibus licteris duximus apponenda, unacum signeto manuali dilecti nostri Nicoleti de Valeres clerici et

curie nostre Romanimonasterii jurati salvo jure nostro et alterius racione, datum et actum apud Romanumnonasterium 28 dec 1403. Nicholetus de Valeres.

55v Petrus Vuarneir de Dulit nomine suo tanquam usufructuarius et Stephani eius filii tanquam proprietarii in bonis Jaquete filie quondam Berseti Bertiet (elsewhere Bertret) dicti confitentis uxoris quondam et matris dicti Stephani, 02 oct 1434 Style of the Nativity, res et possessiones infrascriptas sitis et jacentes in villa, territorio, et finagio de Verney que quondam fuerunt de bonis et hereditate Berseti Bertret de Verney patris quondam dicto Jaqueto,

Et primo, domum suam cum casali et ochiis contiguus juxta terram Petri Galliard a parte lacus, viam publicam tendentem ad molindinum de Verney a parte jurie, viam publicam tendentem de Dulit Brussins a parte boree, et rivum de Marvulliet a parte venti.

Item, tres posas cum dimidia terre de quibus due partes a parte venti sunt ad terragium juxta viam publicam tendentem de Brussins versus Luyns a parte lacus, rivum douz Marvulliet a parte jurie, pratum dicti confitentis a parte boree, et dictum rivum a parte venti, in quibus confitetur quod dominus debet percipere decimam.

56 Item, dimidiam seyturatam prati sitam ibidem juxta terram dicti confitentis a parte venti, pratum ecclesie de Brussinel a parte jurie, pratum Francisci Vivent a parte boree, et viam publicam predictam a parte lacus.

Item, ibidem supra unam seyturatam prati ultra rivum juxta pratum Stephani Benedicti a parte jurie, rivum douz Marvulliet a parte lacus, pratum Girardi Dautignie (=d'Autignie) a parte venti, et pratum ecclesie de Brussinel a parte boree.

Item, duas partes unius seyturate prati site en Meller juxta pratum Johannete uxoris Mermeti Mugneron et plurium aliorum a parte jurie, pratum Aymoneti de Gland a parte boree, pratum Petri Galliard a parte venti, et pratum Johannis Cudet a parte lacus.

Item, dimidiam fossoratam ochie sitam eis Ochies en Verney juxta pratum Petri Clavel a parte jurie, pratum Petri Galliard a parte venti, et viam publicam tendentem de Dulit apud Verney a partibus lacus et boree.

Item, ibidem dimidiam seyturatam prati ad ochiam reductam juxta rivum douz Verney a parte boree, iter publicum tendens per villam a parte venti, pratum Petri Besson a parte jurie, dictum rivum et viam publicam a parte lacus.

Item, unam posam terre sitam ouz Pontet ad terragium juxta terram Petri Besson a parte jurie, viam publicam tendentem de Dulit apud Verney a parte boree, terram Petri Clavel a parte lacus, et terram dicti confitentis a parte venti, in qua confitetur quod dominus precipere debet decimam.

Item, unam posam cum dimidia terre sitam en Daganet ad terragium juxta terram Petri Clavel a parte jurie, terram Petri Galliard a parte lacus, terram que fuit Humberti Calliat a parte venti, et terram dicti confitentis a parte boree, in qua dominus percipere debet decimam.

Item, duas partes unius pose terre site ouz Quarroz ad terragium juxta terram Petri Galliard a parte boree, terram Petri Clavel a parte venti, terram dicti Petri Clavel a parte jurie, et terram Petri Besson a parte lacus, in qua dominus percipit decimam.

Item, tres posas terre sitas subtus Verney ad terragium domino juxta terram que fuit Humberti Calliat a partibus lacus, jurie, et boree, et terram Johannete uxoris Mermeti Mugneron a parte venti, in qua dominus precipere debet decimam.

Item, duas posas nemoris sitas en Rafondet ? juxta terram Aymoneti Mugneron a parte lacus, nemus Petri Clavel a parte jurie, rivum de laz Dulivaz a parte boree, terram et nemus domini Viriaci a parte venti.

Item, unam posam cum dimidia terre sitam ouz Champ de la Vigny juxta terram Petri Besson a partibus jurie et boree, terram Johannete uxoris Mermeti Mugneron a parte venti, et terram Petri Clavel a parte lacus, in qua dominus percipit decimam.

56v Item, duas posas terre sitas ouz Champ douz Noyer juxta terram Petri Clavel a partibus jurie et lacus, terram que fuit Humberti Calliat a parte venti, et viam publicam tendentem de Dulit apud Brussins a parte boree, in qua dominus percipit decimam.

Item, unam domum cum casali dicte domus sitam apud Dulit continentem unam fossoratam juxta domum et ortum Johannis Cotet a parte venti, domum Hugonetus (ambiguous abbreviation here and elsewhere, but see his reconnaissance on fol. 90 ; however, there are also some passages where he is definitely called Hugoninus) Martin a parte boree, viam publicam tendentem per villam de Dulit a parte lacus, et terram Hugoneti Martin a parte jurie.

Item, unam posam terre sitam eis Entoz in qua dominus percipit decimam juxta viam publicam tendentem de Dulit apud Brussins a parte venti, terram Aymoneti Mugneir a parte boree, viam publicam tendentem ad Sanctum Bonetum a parte lacus, et terram Perreti Fonjallaz a parte jurie.

Item, octo denarios Gebennenses annue pensionis quos sibi debet annuatim Petrus Galliard pro casali domus sue sito apud Verney juxta viam publicam a parte lacus, domum dicti Petri predicti a parte venti, cense 30 solidos monete cursibilis, et est sciendum quod predictum homagium ligium fuit eidem confitenti et dicto eius filio in presenti extenta per prefatum dominum Romanimonasterii in sufferta positum spacio quindecim annorum die date presencium incipiendorum et eodem termino serviendorum pro et mediantibus sexaginta solidis per prefatum dominum priorem a dicto confitente habitis ratione sufferte predicte, ita est sub condicione quod durante dicto termino quindecim annorum dictus confitens tenetur eidem domino priori et conventui vel suis successoribus tradere unum ex eius liberis vel liberorum liberis qui de premissis homagio deserviat moramque contrahere debet super dominio et jurisdictione dictorum domini prioris et eius conventus alioquique lapso dicto termino in defectu premissorum premissis res et possessiones ad manus dictorum domini prioris et eius conventus devenire debeant, witnesses Discretus vir Michael Cristine notarius, Aymonetus Mugneron, et Mermetus Mugneron de Dulit.

Item, quandam ochiam sitam infra villam de Brussins supra Pratum Crucis juxta ochiam et domum Francisci Gaba a partibus boree et lacus, semitam tendentem de Brussins apud Dulit a parte venti, et viam publicam tendentem Albonam a parte jurie, que fuit cum dictis rebus dicto

eius patri in homagium tradita salvo termino quo ipsum tenere debebat Guilliernus Lathomi ut in lictera inde confecta in presenti extenta ostensa et quam ochiam recognovit tenere dictus Guilliernus Lathomi.

Item, tenet sub dicto homagio duas partes unius pose terre site subtus Pratum de Cruce juxta terram dicti confitentis a parte boree, terram Stephani Benedicti a parte venti, stratam publicam a parte jurie, et pascuam communem a parte lacus.

Item, tenet sub dicto homagio ex donacione dicto Nychodo eius quondam patri facta per felicis recordacionis Fratrem Johannem de Seysello humilem priorem Romanimonasterii in augmento feudi predicti scilicet quondam decimam existentem in finagio de Britigniez et de Longirod videlicet a nemoribus supra villam de Brussino usque ad juriam tendentis dicta decima a partibus venti et boree, prout se extendit et recolligi consuevit temporibus retroactis cum eius decime juribus, prout in lictera super hiis confecta sigillis dicti domini prioris et eius conventus sigillatis recepta per Henricum de laz Praz 16 jun 1391 continetur.

Item, tenet a dictis religiosis domum suam cum casali dicte domus sitam in villa de Brussins juxta domum dicti confitentis a parte venti, viam publicam a partibus ~~venti~~ et boree et lacus, et pratum Johannis Prodons a parte jurie, quam tenet per accensacmentum perpetue dicto eius quondam patri factum per Johannem de Subtusecclesiam pro septem solidis Lausannensibus dicti Johanni seu eius heredibus annuatim solvendis prout in precedenti extenta per Vuilliermum de Alingio confecta mencio habetur.

Item, tenet dictus recognoscens et se tenere confitetur pro se et suis a dictis domino priore et conventu et suis de bonis Johannodi Gabaz filii quondam Mermeti Gabaz ex empto per dictum eius quondam patrem facto a Clemencia filia Johannodi dicti Mirbrachon ? (not clear, the *b* ? has been written over ? some other letter) de Brussinel videlicet unam peciam vinee sitam loco dicto en Praxet juxta vineam ecclesie de Brussins a parte lacus, vineam liberorum Reynaudi Barbeir a parte jurie, viam publicam a parte venti, et vineam dicti confitentis a parte boree, precio quinque florenorum prout in lictera super hiis confecta, recepta, et signata per Johannem de Ginuliaco 22 apr 1398 in presenti extenta ostensa continetur.

194 Item, tenet de bonis Guillierni Lathomi ex empto per ipsum confitentem facto a dicto Guilliermo Lathomi, dimidiam seyturatam prati sitam in territorio de Brussins loco dicto subtus loz Grant Praz juxta pratum Petri Mugnerii de Verney a parte jurie, pratum Henrici Besson quod fuit Aymoneti Benedicti a parte lacus, pratum Oliverii Mistralis a parte boree, et pratum heredum Francisci Gringet a parte venti, precio quatuor florenorum boni auri prout in lictera super hiis confecta, recepta, et signata per Johannem Vivent de Vinsel 21 may 1384 in presenti extenta ostensa continetur.

Item, tenet de bonis Johannis de Sancto Liberio ex empto per dictum eius quondam patrem facto a dicto Johanne de Sancto Liberio scilicet duas pecias terre sitas en Chastillion quarum una sita est juxta nemus Francisci Gaba a parte lacus, nemus Mermeti Evrardi a parte jurie, viam publicam douz Berdeouz a parte venti, et viam publicam a parte boree, alias sita est ibidem juxta nemus Amedei Probi a parte jurie, nemus Mermeti Evrardi a parte lacus, viam publicam douz Berdeouz a parte venti, et nemus Henrici Besson a parte boree, precio centum et

quinque solidorum Lausannensium prout in lictera super hiis confecta, recepta, et signata per Johannem Vivent 14 apr 1377 in presenti extenta ostensa continetur.

Item, tenet de bonis Janini dicti Rossiez ex vendicione dicto eius quondam patri facta per Johannem Rosset et Elynodam eius uxorem scilicet quoddam nemus suum continens circa quinque posas tam nemus quam terre sitas eis Vaul de Brussins juxta nemus Guillermi de Gland a parte lacus, nemus dicti domini prioris a parte venti, viam publicam deis Truesetes (Cruesetes ?) a parte jurie, et nemus Regam de Chinaul a parte boree, precio septem librarum et sexdecem solidorum monete cursibilis prout in lictera super hiis confecta [et] signata per Mermetum Prangimi 18 dec 1392 in presenti extenta ostensa continetur, cense 3 solidos Gebennenses et 1 caponem, quos solvere debet ut asserit dictus confitens, Amedeus Ferrachon alias Prodon heres dicti Johannis Rossiez.

Item, tenet de bonis Girarde filie quondam Mermeti Donques de Britigniez ex cessione dicto eius quondam patri facta per Nichodum Besson de Marchissiez de omni jure quod habebat in una posa vinee supralimitata virtute cuiusdam passamenti per dictum Nichodum Besson contra dictam Girardam obtenti, videlicet unam posam vinee sitam in territorio de Vinsel loco dicto en Champunetes ? alias Chapponeres juxta vineam heredum Ansermi Besson a parte venti, vineam curati Romanimonasterii a parte boree, vineam Stephani Marchiand a parte jurie, et semitam tendentem apud Vinsel a parte lacus, precio novem sextariorum vini boni et viginti quinque librarum inde habitatum nomine dicte cessionis prout in lictera super hiis confecta, recepta, et signata per Johannem Vivent 02 mar 1383 in presenti extenta ostensa continetur, cense 1 quarteronum frumenti ad mensuram Nividuni et 8 denarios Gebennenses.

194v Item, tenet ex permutacione per ipsum confitentem facta cum Johanne dicto Prodon filio quondam Roleti Prodon videlicet medietatem unius ochie site in villa de Brussins juxta ochiam Johannis Probi a parte venti, curtile Johannis de Bornes a parte boree, viam publicam tendentem Albonam a parte lacus, et ochiam dicti confitentis a parte jurie, pro certis rebus in littera dicte permutacionis hiis presentibus annexa confinatis recepta per Nicholetum de Valeres et inde levata per Dognum Michodi Amieti 12 feb 1413 in presenti extenta ostensa continetur, et pro qua ochia debere confitetur dictus recognoscens pro se et suis quibus supra dictis domino priori et conventui et suis successoribus predictis novem denarios Gebennenses, et est sciendum quod in donacione rerum primo superius limitatarum et que de alterius fuisse hereditate in presenti extenta non decuntur facta dicto Nichodo patri dicti confitentis quondam in feudum et homagium nobile et ligium per felicis recordacione Fratrem Henricum de Siviriaco humilem priorem Romanimonasterii. Idem Frater Henricus quondam prior eidem Nicodo eius quondam patri fecit et de gracia speciali concessit quod dictus quondam Nichodus aut sui de rebus et possessionibus ubicunque sint que a dictis domino priore et conventu recurrere possint usque ad valorem sexaginta librarum Lausannensium pro semel absque aliqua laude ab ipso quondam priore seu successoribus suis de predictis rebus acquirendis exigenda, ipsis rebus et possessionibus de feudo dicti domini prioris et sub homagio predicto remanentibus salvo semper dicto domino priori et suis successoribus censu qui pro dictis rebus et possessionibus acquisitis deberetur prout hec omnia viadius continentur in quadam lictera inde confecta, sigillis dicti quondam Fratris Henrici prioris et conventus Romanimonasterii sigillata, 13 jun 1374 in presenti extenta ostensa, witnesses honorabiles Mermetus Cristine, Mermetus Evrardi, Stephanus Benedicti domicelli, Michael Cristine notarius, et Franciscus Vivent de Vinsel.

196 Nobilis vir Glaudius de Subtusecclesiam filius quondam Nobilis Johannis de Subtusecclesiam de Brussins, 26 jan 1435 Style of the Nativity, res et possessiones infra proxime descriptas sitas in villa, territorio, et finagio de Brussins que quondam fuerunt de bonis et hereditate dicti quondam Johannis de Subtusecclesiam eius patris quondam,

Et primo, duas falcatas prati sitas en laz Sougectaz juxta pratum heredum Johannis Gauteir et Petri Besson a parte jurie, viam publicam tendentem de Brussins apud Verney a parte lacus, pratum domini a parte boree, et pratum Oliverii Mistralis quod fuit dictorum Manneir ? de Gillier a parte venti.

Item, tres falcatas prati sitas en Ravachaul juxta pascuam communem a partibus boree et jurie, pratum Oliverii Mistralis a parte venti, et pratum Johannis de Putheo a parte lacus.

Item, unam falcatam prati sitam en laz Chaul juxta pascua communia a partibus venti, lacus, et boree, et pratum Oliverii Mistralis a parte jurie.

Item, tres solidos et duos capones annue pensionis eidem confitenti singulis annis ut asserit debitos per Mermetum Frestaul de Britigniez pro decem octo posis terre sitis eis Suchet juxta terram dicti confitentis que fuit illorum de Vy a parte boree et lacus, iter publicum tendens de Britigniez versus les Moillies a parte jurie, terram Johannis Vuillermi et Johannis de Clarens a parte venti.

196v Item, unam posam terre sitam en Marsolex (incomplete, no more text for this item, followed by about two lines of blank space – see also fol. 197v, where this item is repeated and *again* left incomplete).

Item, unam posam terre sitam en Suchet juxta terram Perreti de Peys de Britigniez a parte jurie, terram Girardi de Peys a parte lacus, terram curati de Luyns a parte venti, et terram Michaelis Pavit ? quam tenent heredes Jaqueti Girodi a parte boree.

Item, septem posas tam vinee, nemoris, quam mareschy sitas en Corberes juxta vineam curati de Brussins et Guillermi Oriod a parte lacus, vineam domini et pascuam communem a parte boree, vineam Guillermi Oriod quam colit a dicto confitente a parte venti, et vineam dicti confitentis a parte jurie.

Item, tercium vinum liberum crescentem in posa vinee infrascriptas unacum sexdecem ovis sibi debitis per heredes Reynaudi Barberii et octo ovis annue pensionis sibi debitis per Amedeum Bergiez pro una posa vinee quam tenent dicti heredes et Amedeus sitam juxta clausum dicti domini prioris de Combes juxta dictum clausum a parte boree, torcular dicti domini a parte lacus, vineam Oliverii Mistralis quadam semita intermedia a parte venti, vineam Henrici Besson, Jaqueti Gacon, et heredum Johannis Gauteir quadam semita intermedia a parte jurie.

Item, duodecem solidos annue pensionis annis singulis eidem confitenti debitos per Guillermmum Oriod pro una posa vinee sita en Corberes juxta vineam heredum Francisci Gringet

a parte boree, vineam dicti confitentis a parte venti, vineam Guillermi Oriod a parte lacus, vineam et tactam heredum Perrodi Reys de Chinaul a parte jurie.

Item, duas posas vinee et nemoris sitas en Corberes juxta nemus Oliverii Mistralis et Stephani Benedicti a parte jurie, vineam dicti confitentis a parte lacus, vineam et nemus Aymoneti de Glans a parte venti, et pascua communia a parte boree, cense 8 solidos Gebennenses.

Item, debet de elemosina data per predecessores suos duos solidos Gebennenses census.

Item, tenet septem solidos Lausannenses annue pensionis annis singulis eidem confitenti debitos per Johannem de Bornes pro quadam domo cum casali et ochia sita in villa Brussini juxta domum heredum Reynaudi Barberii a parte jurie, ochiam Johannis Probi a parte lacus, et ochiam Oliverii Mistralis a partibus boree et venti, cense 5 solidos Lausannenses.

Item, tres falcatas prati sitas supra Melleir juxta pratum Henrici Besson a parte jurie, viam publicam a parte lacus, pratum Johannis de Bornes et Aymoneti de Gland a parte venti, et pratum illorum de Castellione et dicti confitentis a parte boree, que fuerunt empte a dicto Oriod ut in textentis precedentibus fit mencio.

197 Item, tercium vinum liberum quod percipit annuatim in una posa vinee sita en Liserabloz quam tenet Johannes de Bornes que fuit de bonis dicti Oriod juxta viam publicam a partibus jurie et lacus, vineam Guillermi Oriod et Johannis Prodon et Johannis Rolet a parte venti, et vineam dicti Guillermi Oriod a parte boree.

Item, unam posam cum dimidia terre sitam en Champagniez emptam a dicto Oriod in extentis precedentibus fit mencio, juxta terram Stephani Benedicti a parte jurie, terram heredum Johannis Gauteir a parte lacus, pratum Petri Buchet a parte venti, et fossale de Vinsiez a parte boree.

Item, unum quarteronum frumenti annue pensionis sibi debitum per Guillermmum Oriod pro dimidia posa terre sita en Champagniez juxta terram Petri Buchet a parte jurie, pratum Mermeti Agniel a parte lacus, terram dicti Guillermi Oriod a parte venti, et terram Girardi Millicard a parte boree.

Item, que fuit de bonis dicti Oriod ut in extentis precedentibus fit mencio unam posam cum dimidia terre sitam subtus Pratum de Cruce juxta viam publicam a parte jurie, pascuam communem a parte lacus, terram Hugoneti ? Vulliaud de Vinsel a parte venti, et terram Oliverii Mistralis a parte boree.

Item, unum quarteronum frumenti annue pensionis annis singulis sibi debitum per dictum Guillermmum Oriod pro una pecia terre sita juxta viam publicam a partibus venti et lacus, pascua communia a parte jurie, et terram Mugnerii de Verney a parte boree.

Item, tenet quatuordecem denarios Lausannenses annue pensionis annis singulis eidem confitenti debitos per heredes Johannis Rolet pro quadam ochia continente unam fossoratam que

fuit de bonis Peroneti Berclat sita apud Brussins juxta terram Mermeti Evrardi et Perreti Gringet a parte venti, viam publicam a partibus jurie et lacus, et ochiam dicti Johannis Rolet et Amedei Ferrachons a parte boree, pro quaquidem ochia dictus recognoscens pro se et suis quibus supra debere confitetur dictis domino priori et conventui et eorum successoribus predictis scilicet sex denarios Gebennenses census.

Item, sex solidos Lausannenses annue pensionis annis singulis eidem confitenti debitos per Johannem de Bornes pro quadam ochia sita apud Brussins juxta ochiam Oliverii Mistralis a parte jurie, viam publicam a parte lacus, ochiam et domum Henrici Bessons, ochiam Aymonis de Glant, et plurium aliorum a parte venti, pro qua annua pensione et ochia dictus recognoscens pro se et suis quibus supra debere confitetur dictis domino priori et conventui et eorum successoribus predictis scilicet quinque denarios veteres annis singulis solvendo termino predicto.

Item, tenet quindecim denarios Lausannenses annue pensionis annis singulis sibi debitos per Amedeum Chapuys pro una posa nemoris sita en Fillivoux juxta terram heredum Johannis Gauteir a parte jurie, viam de Corberes a parte venti, nemus dictorum Gringet a parte boree, et nemus Henrici Besson a parte lacus.

197v Item, dimidiam posam terre sitam en Marsollex juxta terram dicti confitentis... (indistinct notation follows, « Suprascriptum », then a couple lines of blank space – this is apparently the same item left incomplete on fol. 196v).

Item, unam falcata prati sitam en Mavulliet (clear) juxta pratum dicti confitentis a parte jurie, pratum domini a parte lacus, pratum Stephani Benedicti a parte venti, et pratum Perreti Gringet a parte boree, cense 1 quarteronum frumenti ad mensuram Nividuni pro uno pane meneydie annis singulis solvendum termino predicto, et dominus debet eidem prandium semel de duobus annis ut in veteri extenta continetur.

Item, novem solidos et unam gallinam annue pensionis annis singulis ut supra sibi debitos per Johannem de Bornes pro uno casali domus cum ochia ibidem contigua continente tercium unius pose terre sito in villa de Brussins juxta viam publicam Aymoneti de Gland a parte venti, ochiam Henrici Besson a parte boree, ochiam et vineam Oliverii Mistralis a parte jurie, et viam publicam tendentem de Brussins versus Gillier a parte lacus, pro qua annua pensione domo et casali predictis dictus recognoscens pro se et suis quibus supra debere confitetur dictis domino priori et conventui et eorum successoribus predictis scilicet sex denarios Gebennenses census et unum quarteronum frumenti census annis singulis solvendo termino predicto.

Item, tercium vinum quod percipit idem confitens in duabus fossoratis vinee sitis en laz Jonchiery quas tenet et colit Amedeus Bergiez juxta viam publicam tendentem versus Corberes a parte venti, vineam Perreti Fonjallaz a parte jurie, semitam tendentem de Brussins apud Vinsel a parte lacus, et vineam Henrici Besson a parte boree, cense 5 denarios et 2 partes oboli, et 2 partes 1 quarteroni frumenti ad mensuram Nividuni, et dominus (written out) debet eidem confitenti unum prandium quolibet anno ut in extentis precedentibus fit mencio.

Item, dictus Glaudius ad interrogacionem dicti domini prioris presentis et stipulantis ut supra fecit et intravit homagium ligium a Nobile dicti Domini Prioris recipientis vice nomine et

ad opus sui et suorum successorum in prioratu et conventu mani et oris osculo interveniente sub quo homagio nobili et ligio dictus recognoscens pro se et suis quibus supra tenere confitetur a dictis domino priore [et conventui] et eorum successorum predictis, res et possessiones infrascriptas, et hoc virtute permutacione excambii inter dominam Lucam de Balma et predecessores dicti domini prioris facti,

Primo, unum sellionum prati continentis (should be *continentem*, masculine singular accusative, agreeing with *sellionum*) circa sextam partem unius pose terre juxta pratum heredum Francisci Gringet a parte venti, pratum dicti confitentis a parte boree, viam publicam a parte jurie, et pascuam communem a parte lacus.

198 Item, quatuor posas nemoris sitas en laz Folliousaz juxta nemus Oliverii Mistralis et Stephani Benedicti a partibus lacus et jurie, terram dicti confitentis a parte venti, nemus Guillermi de Glant et domini Montis Novi a parte boree.

Item, dimidiam posam castanee sitam en laz Vaulx ? juxta castaneream Oliverii Mistralis et Stephani Benedicti a parte venti, castaneream dicti confitentis a parte jurie, nemus communitatis de Brussins a parte lacus, et viam douz Berdeouz a parte boree.

Item, duas posas vinee sitas eis Corberes juxta vineam Francisci Dogmenoz a parte boree, vineam dicti confitentis a parte venti, nemus Oliverii Mistralis et Stephani Benedicti a parte jurie, et vineam dicti confitentis a parte lacus.

Item, dimidiam falcataam prati sitam eis Chintres juxta pratum Henrici Besson a parte venti, pratum dicti confitentis a parte boree, pratum Oliverii Mistralis et Stephani Benedicti a parte jurie, pratum Stephani Benedicti et ecclesie de Brussins a parte lacus.

Item, duos solidos et tres denarios Lausannenses census anni singulis sibi debitos per Petrum Vacherant alias Coquellat pro una falcata prati sita en Ravachaul juxta pascuam communem a partibus venti et jurie, et pratum Perreti Gringet a partibus boree et lacus.

Item, duas cupas vini census annis singulis sibi debitas per Hugonetum ? Vulliaux pro una fossorata vinee sita in territorio de Vinsal juxta vineam Johannis Champion a parte venti, vineam Aymoneti Saviot a parte boree, vineam Aymoneti de Glant a parte jurie, et vineam dicti Hugoneti ? Vulliaux a parte lacus.

Item, octavam partem unius seyturate prati site ouz Pondex juxta pratum dicti confitentis a parte jurie, pratum Petri de Brussinel domicelli a parte lacus, pratum Francisci et Henrici Burquinat a parte venti, pratum Arthaudi et Jaqueti de Veterigrangia fratrum a parte boree, cense tam de redditu quam de garda 2 solidos et 3 denarios Gebennenses.

Item, tenet que fuerunt de bonis Perreti Porteil ut in extensis precedentibus fit mencio duos solidos Lausannenses census annis singulis eidem confitenti debitos per Jaquetum Gacon pro dimidia posa castaneree sita en laz Vaul juxta castaneream dicti confitentis a parte lacus, nemus Guillermi Oriod a parte jurie, nemus Henrici Besson a parte boree, castaneream et nemus dicti Jaqueti Gacon a parte venti.

Item, circa unam posam cum dimidia vinee nunc in pratum partin ? (uncertain abbreviation, perhaps an attempt at *partim*) sitam en Corberes juxta vineam dicti confitentis a parte venti, pascuam communia (should be *communem*?) et vineam domini a parte boree, vineam dicti confitentis et Francisci Dogmenoz a parte jurie, et vineam ecclesie de Brussins a parte lacus.

Item, unam fossoratum vinee sitam en Corberes juxta vineam dicti confitentis a parte boree, jam superius in limitibus inclusam, cense 2 solidos et 1 denarium Gebennensesm.

198v Item, unam falcatam prati sitam supra Champagniez juxta pratum Petri de Brussinel domicelli a parte jurie, pratum Fabrorum de Bignins a parte lacus, pratum Jaqueti et Althaudi de Veterigrangia a parte venti, et pratum Oliverii Mistralis quod tenet Johannes Tissot a parte boree.

Item, duas posas tere sitas eis Vernetes juxta terram dicti confitentis a parte jurie.

Item, tenet dimidiam posam terre sitam apud Brussins juxta terram Mermeti Evrardi a parte boree, terram Oliverii Mistralis a parte venti, et vias publicas a partibus jurie et lacus.

Item, unam posam nemoris sitam en laz Folliousaz juxta nemus dicti confitentis a parte lacus, nemus Stephani Benedicti et Oliverii Mistralis a parte jurie, et que jam includuntur in quatuor posis superius limitatis.

Item, unam posam terre nunc in nemus sitam en Erynes supra Fillivoux juxta terram heredum Johannis Gauteir a parte jurie, nemus heredum Francisci Gringet a parte lacus, viam de Corberes a parte venti, nemus Regium (plural Latinized version of the surname Reys) de Chinaul a parte boree, quam tenet ut superius scriptum est Amedeus Hugonyn et que superius est limitata.

Item, unam seyturatum prati sitam en Ravachaulz juxta rivum de Benoches ? a parte jurie, pratum Oliverii Mistralis a parte lacus, pratum Perreti Gringet a parte venti, pratum dicti confitentis et Henrici Besson a parte boree.

Item, duas fossoratas vinee sitas en Corberes quam tenet dictus Oriod jam superius inclusis.

Item, octavam partem unius falcate prati site en Pondex indivise cum dicto confitente jam superius limitatam, cense 2 solidos et 3 denarios Gebennenses tam de redditu quam de garda.

Item, tenet duas fossoratas ochie cum arboribus ibidem existentibus sitas in villa de Brussins juxta domum et ochiam Perreti Gringet a parte jurie, ochiam Oliverii Mistralis quam tenet Perretus Fonjallaz a parte lacus, viam publicam a parte venti, et vineam Stephani Benedicti a parte boree.

Item, unam posam terre sitam en Verney supra Valles de Brussins juxta terram dictorum Gringet a parte lacus, et terram dicti confitentis a parte jurie.

Item, ibidem prope superius duas posas nemoris juxta nemus dicti confitentis a parte lacus, nemus dictorum Gringet a parte jurie, nemus commune a parte boree, et Valles de Besonis ? a parte venti.

Item, dimidiam posam terre sitam en Vullibrondaz nunc in tactam et nemus conversum juxta nemus et genevresium illorum de Sancto Vicencio a parte jurie, et nemus dictorum Reys de Chinaul a parte lacus, alios vero limites ignorat.

199 Item, dimidiam falcata prati sitam en Ravachaul indivisam cum dictis Gringet juxta pratum dicti confitentis ab utraque parte, cense 2 solidos et 6 denarios Gebennenses.

Item, tenet duas partes omnium fructuum crescencium in duabus fossoratis vinee et maresci sitis en Lengolliouz quis tenet Amedeus Hugonyn juxta vineam Amedei Prodon a parte jurie, vineam Guilliemi Oriod et dicti confitens (should be *confitentis*) a parte boree, marescum Henrici Besson a parte venti, et vineam dictorum Henrici et Amedei a parte lacus.

Item, duas posas nemoris sitas en Corberes juxta nemus dicti confitentis a parte venti, viam publicam tendentem ad Britigniez a parte boree, nemus Henrici Besson a parte jurie, et nemus ecclesie Brussini a parte lacus.

Item, quartum unius pose castaneree site en laz Valletaz juxta nemus Regium de Chinaul a parte venti, viam publicam douz Berdeouz a parte boree, castaneream Henrici Besson a parte jurie, et castaneream dicti confitentis a parte lacus.

Item, duas partes unius falcate prati site en Ravachaul indivise cum dicto confitente jam superius inclusas.

Item, circa tres posas terre sitas en les Vernetes juxta terram heredum Mermeti Donques a parte venti, et terram Henrici Besson a parte boree, alios vero limites ignorat, cense 12 denarios Gebennenses.

Item, tenet sub censu predicto terciam partem unius falcate prati site en Ravachaul jam superius inclusam.

Item, tenet de bonis eis Poteil ut in extentis precedentibus fit mencio circa duas fossoratas vinee sitas en Corberes jam in supradictis limitibus inclusis.

Item, circa unam fossoratam cum dimidia ochie sitam subtus Brussins loco dicto en Lochy Garneir juxta tactas et salices Stephani Benedicti a parte venti, terram dicti confitentis a parte boree, et viam publicam a partibus jurie et lacus.

Item, unam falcata prati sitam en Ravachaul indivisam cum Henrico Besson juxta pratum dicti confitentis ab omnibus partibus.

Item, unam fossoratam cum dimidia vinee sitam en Corberes juxta vineam dicti confitentis ab utraque parte, cense 10 denarios Gebennenses.

Item, tenet circa tres posas terre et nemoris sitas en Verney alias en Pertuys juxta nemus domini a parte boree, nemus quod fuit Johannis de Sancto Liberio a parte venti, pascua communia de Brussin a parte jurie, et nemus Henrici Besson a parte lacus.

Item, unam posam nemoris sitam ibidem juxta nemus Henrici Besson a parte jurie, nemus heredum Francisci Gringet a parte lacus, marescum Guillermi et Richari Auberti a parte boree, et pascua communia a parte venti.

199v Item, quinque posas terre et nemoris sitas eis Vernetes juxta terram Johannis Vuilliermi a parte venti, terram Mermeti Frestaul a parte jurie, tactam et nemus Henrici Besson a parte boree.

Item, campum suum de laz Rochetaz continentem tres posas terre situm supra Vinsel de super laz Rochetaz loco dicto en Marsollex juxta terram ecclesie de Luyns a parte jurie, terram Francisci Vivent a parte lacus, terram Francisci Feat et Peronete eius uxoris, Johannis Vuybor, Nicolete eius uxoris, et Jaquemeti Bergiez a parte venti, et terram Girardi Penit ? a parte boree.

Item, unum sellionum terre continentem circa unam fossoratam sitam apud Brussins juxta terram heredum Johannis Gauteir et Perreti Gringet a parte venti, terram et ochiam dicti confitentis a parte boree, et viam publicam a partibus jurie et lacus.

Item, unam posam cum dimidia terre sitam en Marsolex juxta terram Guilliermi de Sinarclens a parte jurie, terram Petri Monestier a parte venti, viam publicam tendentem de Britignie ad Luyn a parte boree, et terram Jaquemeti Bergiez a parte lacus.

Item, duodecem denarios monete cursibilis census annis singulis eidem confitenti debitos per Franciscum Vivent pro duabus fossoratis tacte que solebat esse vinea sita en la Chastagnereaz alias en laz Costaz juxta tactam et nemus Guillermi de Souvernietz a parte jurie, vineam quam colit Aymonetus Saviot a dicto Guillermo de Sovernietz a parte lacus, et terram heredum Francisci Vivent a parte venti.

Item, unam posam terre sitam en laz Tassonery juxta pascuam communem a parte lacus, et terram Francisci et Henrici Feat a parte jurie, terram Regium de Chinaul eciam a parte jurie, viam publicam tendentem de Britigniez ad Vinsel a parte venti, et nemus Francisci Vivent a parte boree.

Item, tenet circa unam posam cum dimidia terre et rispe sitam ouz Verney juxta terram dicti confitentis a parte jurie, et terram eis Gringet a parte lacus, alias vero limites ignorat, cense 10 denarios Gebennenses.

Item, tenet ex rehempcione per ipsum ut asserit facta ab Aymoneto douz Pilivuit unam posam vinee sitam en Liserabloz juxta vineam dicti confitentis a parte boree, vineam Guillermi Oriod a parte venti, viam publicam tendentem de Giolier (or Grolier ?) ouz Merdasson a parte jurie, et viam publicam tendentem de Nividuno Albonam a parte lacus, precio viginti octo librarum ut asserit dictus confitens.

Item, confitetur debere dictus recognoscens pro se et suis dictis domino priori et conventui et eorum successoribus predictis scilicet quatuor solidos Gebennenses, et hoc pro dimidia fossorata vinee sita apud Vinsel ~~quam tenet~~ (beginning here, at the top of fol. 200, the remainder of this item and all of the next appear to have been added later in a smaller hand, followed by a long dash, and the remaining text on fol. 200 appears to have been edited in various ways) ~~Guillermus de Soverniez juxta~~ secundum limites extenta precedentis sita juxta ochiam quondam Johannis Pictet a vento et vineam heredum Vuillermi de Britignier a parte boree, et alios limites ignorat idem confitens ut dicit.

200 Item, debere confitetur pro se et suis dictis domino priori et conventui et eorum successoribus predictis scilicet (inserted at the end of the line: dimidium) ~~unum~~ potum olei annis singulis solvendum in Carnisprevio, ~~et hoc pro una falcata prati sita subtus Vinsel quam tenet Mermetus de Villar juxta~~ (blank space, incomplete, then continued in the next item:).

~~Item,~~ et pro una falcata prati sita subtus Vinsel quam tenet Guillermus de Soverniez juxta pratum Johannis de Vucens ? (possibly an error for Vuicens ?) de Gillier a borea, pratum heredum Nicoleti de Sinarclens a vento et juria, et pratum Glaudii Fabri de Bignin a parte lacus, et est sciendum quod de somma censuum suprascriptorum debent deduci annuatim eidem confitenti pro grangia quam tenet dictus dominus prior ante domum fortem scilicet octo solidi monete cursibilis, et sic predictis censibus in summa positis, et moneta Gebennensi in moneta Lausannensi conversa, ~~debet~~ et dictis octo solidis deductis, debet dictus recognoscens anno quolibet scilicet vigniti novem solidos Lausannenses, witnesses Discretus vir Dognus (=Dompnus, Dominus) Johannes Brossy curatus de Ravonaz ? , Michael Cristine notarius, Franciscus Vivent de Vinsel, Berthetus Forneir de Gillier, et Perrodus Palliex de Gimel.

200v Mermetus Evrardi habitator de Brussins, 12 mar 1435 (anno et indicione quibus supra proxime), res et possessiones et census infrascriptos sitas et jacentes in villa, territorio, et finagio de Brussins que quondam fuerunt de bonis et hereditate Johannis de Ginilliac ? ex abbergamento eidem confitenti facto per felicis recordacionis Fratrem Johannem de Seysello de ipsis rebus et bonis dicti quondam Johannis de Ginillier ? et que bona fuerunt de bonis et hereditate Roleti de Chinaul prout in lictera inde confecta sigillis dicti quondam domini prioris et conventus sigillata per Mermetus Pipini confecta et signata, 30 dec 1428 ab Annunciatione Dominica sumpto,

201 Et primo, quatuor posas nemoris sitas en Chastellion juxta nemus Jaquemini Gauteir et eius nepotum a parte jurie, nemus Aymoneti de Glans, Guillermi Oriodi, dicti Jaquemini, et eius nepotum a parte lacus, viam douz Berdeouz a parte venti, et nemus domini de Mont a parte boree.

Item, en Fillivoux unam posam cum dimidia nemoris pro indiviso cum Jaquemino Gauteir et eius nepotibus juxta nemus heredum Francisci Gringet a parte venti, et nemus dicti confitentis a parte boree.

Item, en Nerynes medietatem quatuor posarum terre contiguarum juxta terram heredum Nicholay Benedicti a parte jurie, et terram heredum dicti Fol Pivar a parte lacus, alias vero limites ignorat.

Item, medietatem dimidie pose terre site subtus Brussins juxta terram Glaudii de Subtusecclesiam a parte venti, terram heredum Johannis Probi alias Roleti a parte boree, ortum Johannis Roleti ~~alias~~ (inserted above the line : et Amedei) Probi a parte boree jurie, et viam publicam a parte lacus.

Item, duas posas terre sitas de super Fillivoux indivisas cum Jaquemino Gauteir et eius nepotibus juxta terram Johannis Loeytiz a parte jurie, nemus dicti confitentis a parte lacus, terram Guillermi Oriod a parte boree, et viam de Corberes a parte venti, cense 2 bichetos frumenti et 3 denarios Gebennenses.

Item, tenet unam posam terre sitam en Champagnye juxta terram Perreti Fonjalat quam tenet a Glaudio de Subtusecclesiam a parte boree, terram Henrici Besson et dicti confitentis a parte venti, tactam et terram Girardi Millicard a parte lacus, et viam publicam a parte jurie.

Item, tenet unam posam cum dimidia terre sitam a Muysel subtus Gillier juxta terram Oliverii Mistralis a parte venti, viam publicam tendentem de Brussins Albonam a parte jurie, terram Jaquemini Gauteir et eius nepotum a parte lacus, et terram Guillermi Vullycabuster ? (elsewhere Vuillicabrister or similar) a parte venti.

Item, unam posam terre sitam subtus Gillier juxta terram Oliverii Mistralis a parte boree, terram dicti confitentis quam tenet Aymonetus Batier a parte venti, viam publicam tendentem de Nividuno Albonam a parte jurie, et pratum Francisci et Perreti Agniel a parte lacus, pro quibus rebus supra proxime limitatis et eciam pro una posa terre sita en Champagniez quam tenet Aymonetus Batier de Gillier pro se et suis quibus supra debere confitetur prefatis domino priori et conventui et suis successoribus predictis duos bichetos frumenti et unum caponem census.

201v Item, tenet unum potum olei census sibi debitum per heredes Perrodi de Chinaul pro uno morcello terre sito retro domum quondam Amedei Regis juxta domum Aymonete uxoris Jaqueti Gacon a parte lacus, pratum heredum Perrodi Regis et Aymonete predictae a parte jurie, terram Petri Gauteir et eius fratris a parte venti, et pratum Aymonete uxoris Jaqueti Gacon a parte boree.

Item, unum bichetum frumenti et unum caponem census annis singulis sibi debitos per heredes Perrodi Regis pro uno morcello terre sito supra Brussins juxta nemus Francisci Dogmenoz et Amedei Probi a parte boree, viam publicam tendentem ouz Berdeouz a parte venti, nemus Amedei Probi a parte jurie, et terram Aymonete uxoris Jaqueti Gacon a parte lacus.

Item, unum morcellum terre et nemoris situm en Fillivoux juxta terram et nemus dicti confitentis et Jaquemini Gauteir a parte venti, nemus heredum Perrodi Regis a parte boree, viam publicam tendentem en Corberes a parte lacus, nemus dicti confitentis et suorum parcianorum a parte jurie, cense 22 denarios Gebennenses.

Item, unum sellionum vinee situm subtus Gillier alias eis Condemines juxta vineam Aymoneti Batier a parte venti, vineam Jaquemini Gauteir et eius nepotum a parte boree, vineam Aymonete uxoris Jaqueti Gacon a parte jurie, et viam publicam tendentem de Nividuno Albonam a parte lacus.

Item, unum morcellum tacte situm sus la Valletaz juxta terram Aymonete uxoris Jaqueti Gacon a partibus venti et boree, et terram Guillermi Oriod a parte jurie.

Item, tenet sub dicto homagio ex accensacione dicto Johanni de Ginillier ? facta in augmento homagii ut in extenta precedenti per Glaudium Mermodi confecta mencio habetur, et ut ecia[m] patet in lictera in presenti extenta exhibita,

Primo, dimidiam falcata[m] prati sitam en laz Glery subtus Luyn que fuit Johannis de Sancto Liberio juxta pratum ecclesie de Luyn a partibus jurie et boree, pascuam communem a partibus venti et lacus.

Item, unum casale et unum ortum situm apud Brussins quod casale conversum est in pratum juxta vineam domini a parte venti, viam publicam a parte lacus, vineam de Borgesans a parte jurie, et ochiam seu gerdile dictorum Protons a parte boree, quodquidem casale et ortus fuerunt de bonis Nicodi de Sala que vacabant ob deffectum deservitoris et pro ipsis deberi solebat dictus Nichodus de Sala dimidium sextarium vini et duodecem denarios Gebennenses, et pro predictis rebus supra proxime confinatis dictus recognoscens debere confitetur pro se et suis dictis domino priori et conventui et suis successoribus predictis scilicet duodecim denarios Lausannenses pro tanto dicto Johannis dimissis annis singulis solvendos termino predicto.

202 Item, tenet ut in extenta precedenti per Glaudium Mermodi confecta mencio habetur unam posam terre sitam subtus les Condemines juxta viam publicam a parte jurie, pratum domini Viriaci a parte lacus, terram dicti confitentis a parte venti quam tenet dictus Bastier.

Item, unum bichetum frumenti et unum caponem census annis singulis sibi debitos per Aymonetam uxorem Jaqueti Gacon pro uno morcello terre sito in Ochiis de Chinaul juxta viam publicam a parte jurie, ochiam et vineam dicte Aymonete a parte lacus, viam de laz Crousaz a parte venti, et ochiam heredum Perrodi Regis a parte boree.

Item, tenet de bonis et hereditate Peronete filie quondam Johannis Juglard uxoris Stephani Primet que solebat esse homo ligia, que bona tenet sub predicto homagio nobili ex cognacione eidem confitenti facta per dictam Peronetam prout in lictera super hiis confecta, recepta, et signata per Perretum Bapchiez in presenti extenta ostensa, laudata per dictum quondam Fratrem Johannem de Seysello humilem priorem dicti loci Romanimonasterii, et sub dicto nobili homagio posita et reducta, prout constat licteris jam supra designatis,

Et primo, domum suam cum casali, ochiis, et ortis contiguis continentem circa duas fossoratas terre que omnia sita sunt in villa de Brussins juxta domum et ochiam Johannis Lathomi a parte boree, domum dicti confitentis a parte venti, ochiam Glaudii de Subtusecclesiam a parte jurie, et viam publicam a parte lacus.

Item, unum citurnum situm ibidem prope juxta domum (inserted above the line : Johannis ?) Lathomi a parte lacus, ochiam eiusdem Johannis a parte jurie, domum Girardi de Biauprez a parte boree, et ochiam dicti confitentis a parte venti.

Item, retro Melle dimidiam posam terre ad terragium cum decima juxta terram Johannis Lathomi a parte lacus, terram Petri Besson a parte jurie, terram Jaquemini Gauteir et eius nepotum a parte venti, et terram Johannis Cudet a parte boree.

Item, unam posam terre sitam en laz Curtaz Reys juxta pratum Mermeti Mugneron a parte boree, terram Jaquemini Gauteir et eius nepotum a parte venti, pratum Petri Galliardi a parte lacus, et terram dicti confitentis a parte jurie.

Item, duodecem denarios Lausannenses census annis singulis sibi debitos in festo Pasche per Mermetum Mugneron pro duabus partibus unius ochie converse in vineam juxta vineam Peronete uxoris Francisci Vivent a parte boree, et vineam dicti Mermeti Mugneron a parte venti, viam publicam tendentem de Sancto Boneto ad Dulit a parte jurie, et vineam heredum Stephani Tissot de Dulit a parte lacus, cense 5 solidos Gebennenses.

202v Item, tenet unam peciam vinee sitam en Liserabloz juxta vineam curati de Brussins a parte venti, vineam Guillermi de Soverniez a parte boree, vineam dicti conventus a parte jurie, et viam publicam a parte lacus.

Item, medietatem domus sue, casalis, et ochie sitis juxta domum ipsius confitentis a parte boree, ochiam Amedei Probi a parte venti, ochiam Glaudii de Subtusecclesiam a parte jurie, et viam publicam a parte lacus, pro quibus debet heredum Johannis de Subtusecclesiam duos solidos et decem denarios Lausannenses ut in precedenti extenta fit mencio.

Item, quandam ochiam sitam ante domum dicti confitentis juxta viam publicam a parte jurie, ochiam dicti confitentis a parte lacus, casale et ochiam Johannis Proudou alias Rolet a parte venti, et ochiam dicti confitentis a parte boree, cense 4 solidos Lausannenses.

Item, quandam ochiam sitam apud Brussins loco dicto en laz Croy juxta ochiam Johannis Maczon a parte venti, quandam semitam a parte boree, ochiam dicti confitentis a parte jurie, et pratum domini a parte lacus, cense 6 solidos Lausannenses.

Item, tenet ut in extenta precedenti per Glaudium Mermodi confecta scilicet dimidiam posam terre sitam sus laz Mossery juxta viam publicam a parte jurie, terram Girardi Millicard a parte lacus, terram Perreti Gringet a parte boree, et terram Aymonis de Gland a parte venti.

Item, unam peciam nemoris sitam en Chastillion juxta nemus heredum Perrodi Regis a parte jurie, nemus dicti confitentis a parte lacus, et nemus domini de Mont a parte boree, et que due pecie proxime limitate fuerunt de bonis Amedei Regis de Chinaul quas tenet ex successione Perrete eius avuncule ut in extenta precedenti per dictum Glaudium Mermodi confecta mencio habetur.

Item, tenet de bonis Girardi Bastardi de Brussins duas posas terre sitas en Champagniez juxta terram dicti confitentis a parte boree, terram Girardi de Biaupiry ? a parte venti, tactas de Champagniez quam tenet Henricus Besson a parte lacus, et viam publicam tendentem Rotulum a parte jurie, quas duas posas terre felicis recordacionis Frater Johannes de Seysello dedit et concessit Johanni de Ginulliacio ? in augmentum homagii nobilis prout in lictera inde confecta 18

nov 1386 sigillis dictorum domini prioris et conventus sigillata et ut eciam in recognicione per Johannem Vivent signata continetur.

203 Item, tenet de bonis Guillermi Lathomi ex empto per dictum Johannem de Ginullier ? facto a dicto Guillermo Lathomo scilicet unam posam terre cum quadam chintria prati dicte terre contigua sitam en Curta Rey subtus Brussins juxta terram dicti confitentis a partibus jurie et venti, terram dicti confitentis et pratum Mermeti Mugneron a parte lacus, terram Stephani Benedicti eciam a parte venti, et pratum dicti confitentis a parte boree, precio decem florenorum cum dimidio prout in lictera super hiis confecta per Perretum Bapchiez recepta 15 dec 1387 continetur.

Item, tenet de bonis Perreti Davidex ex quictacione eidem Johannis de Ginulliacio ? facta per Alesiam relictam dicti Perreti Davidex de Brussins et dictam Elinod scilicet unam posam vinee sitam en Trescloz juxta vineam dicti confitentis a partibus boree, jurie, et venti, et viam publicam a parte lacus, prout in lictera super hiis confecta, recepta per Perretum Bapchie 27 oct 1402 continetur, pro qua vinea debere solet domino dimidium sextarium vini et confratrie Sancti Spiritus dimidium sextarium quod dimidium sextarium domino debitum nunc percipit dicta confratria virtute cuiusdam permutacionis facte inter priorem dicte confratrie et quondam Fratrem Johannem de Seysello priorem Romanimonasterii de dicto dimidio sextario vini et alio dimidio sextario infrascripto pro quadam pecia vinee et terre sita supra Clausum de Brussins juxta rivum de Lengolliouz a partibus venti et jurie, et clausum domini a parte boree, ut in licteras sigillis dicti quondam domini prioris et conventus sigillatis datis 20 may 1382 continetur que adquisiciones per dictum Johannem de Ginullier ? facte laudate fuerunt per dictum quondam dominum priorem ut constat lictera laudimii eius sigillo sigillati 04 jan 1407 in presenti extenta exhibiti.

Item, tenet de bonis Janini dicti Rossiez ex empto per dictum confitentem facto ab Amedeo Probi de Brussins scilicet unam posam vinee sitam en Trescloz juxta vineam Johannis Bornes quam tenet a Guillermo de Glant a parte boree, vineam dicti confitentis a partibus venti et jurie, et viam publicam a parte lacus, precio triginta librarum prout in lictera super hiis confecta, recepta, et signata per Johannem Thomasseti 31 may 1428, super qua vinea percipit confratria Sancti Spiritus de Brussins dimidium sextarium vini quod eciam percipit dicta confratria titulo permutacionis superius designate, witnesses Egregius Miles Dominus Johannes de Saxo, Nobiles viri Franciscus de Bruello, Oliverius Mistralis, Petrus de Crasiaco, et Mermetus Cristine, with signature and paraphe of Peronetus Foresii, followed on fol. 203v by additional items for Mermetus Evrardi supranominatus in a very tiny script, dated 22 mar 1440, with signature and paraphe of Peronetus Foresii. Although this additional item is difficult to read, it concerns property that had come from Oliverius Mistralis superius recognitis titulo permutacionis, and with a reference to the reconnaissance of the said Oliverius Mistralis superius xiii folio *huius libri* descripta, and a further reference to property that had been part of the tenement of Johannes Lathomi, ut in fine recognicione dicti Johannis Lathomi supradescripte folio xxix^{mo} *presentis libri continetur*. (The indicated reconnaissances are indeed found at the places mentioned, the reconnaissance of Oliverius Mistralis on fol. 13, and that of Johannes Lathomi on fol. 29.)

204 Nobilis Franciscus de Bruello, 25 sep 1436, de bonis quondam Petri de Dulicio ex adquisito per ipsum confitentem facto a Guillermo de Sinarclens [et] Stephano et Francisco eius

filiis videlicet quandam peciam vinee continentem circa duas posas sitas in vinoblio de Vinsel loco dicto eis Cres de Vinsel juxta stratam publicam a parte lacus, vineam Nobilium Ludovici et Nychodi de Pitignier (or Pitigniaco) fratrum a partibus jurie et venti, et vineam Guillermi de Soverniez et eius nepotum a parte boree, quodquidem homagium ligium dictus Nobilis Franciscus pro se et suis quibus supra eidem domino priori nomine suo et quo supra recipienti fecit et incontinenti prestiti manu et oris osculo interveniente prout in talibus est fieri consuetum, witnesses Venerabilis Frater Andreas Rolerii monachus ordinis Cluniacensis necnon Nobiles et Discreti Oliverius Mistralis, Johannes de Nanto, Gulliermus filius Oliverii Mistralis, et Franciscus Tasserii, with signature and paraphe of **Mermetus Cristine**, followed by tiny notation, predictam vineam tenet Johannes Johannod ? habitator Gebennis pro duobus solidis Lausannenses census ...

(Fols. 205-212 are blank. Coat of arms, uncertain design—some of paint or ink may have flaked off ?—on fol. 212v.)

213 (Notation in small script) Guilliermus de Sinarclens domicellus, poorly legible, apparently concerns a cense, mentions a transaction recorded by the said Peronetus Foresii dated 28 jul 1433, this notation with signature and paraphe of Peronetus Foresii.

END.